Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Adiuro te per Deum patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram, et omnia quæ in eis sunt, quicunq; es spiritus immunde, ne facias quæ feciſti in homine iſto, non ſeducas eum de uia lucis in uiam tenebrarum, nec furereris animã, quam Deus ad ſuam imaginem reformare dignatus eſt, Vade ſpiritus immunde, time ſignum Chriſti, qui uenturus eſt in maieſtate patris iudicare ſeculum, et te inimice per ignẽ, et erunt tibi uerba hæc in teſtimonium hic et in die iudicij domini noſtri Ihesu Venturi: per eum coniuro te, ut non accedas ad eum, nec noceas ei in eſca, nec in potu, non in uigilando nec in dormiendo. Exi ſpiritus immunde, non audeas nocere famulæ Dei N. pecutiat te uirtus domini noſtri Ihesu Chriſti, qui uenturus est. etc. et te inimice per ignem.

Hæc obtestatio ſæpius reiteret, quando Diabolus obſeſsũ non permittit dormire.

Adiuro te per deum patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram, et omnia quæ in eis ſunt, quicunq; es ſpiritus immunde, ne facias quæ feciſti in homine iſto, et per uirtutem domini noſtri Ihesu Chri, qui crucifixus eſt pro ſalute mundi, et ſcipio tibi à Deo omnipotenti, ut exeas et recedas á finibus iſtis, et ab iſta domo, et à domus huius habitationibus, nec ulterius hic habeas licentiam